



**D. DIONYSII // A RICKEL CARTHVSIANI, // de perfecto  
mundi contemptu, // ut pius ita utilissimus heptalo- // gus**

**Dionysius <der Kartäuser>**

**Coloniae, Nov. 1530**

Deuotu[m] p[rae]cordiale h[abet] articulos 18.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55472)



**D. DIONYSII**  
**CARTHUSIANI, VI-**

*tæ spiritualis vtilissimum compendi-  
um, Cui titulus Præcordiale.*

*Proœmium Autoris.*



Vid dilecte mi, quid dilecte cordis  
mei, quid est amantissime fr? Ne de **Prouer. 30**  
deris cor tuum vanitati, neq; disper  
gas aiam tuã in multis. Vnum nan **Luce. 10.**  
que necessarium est, & quicquid ex  
tra illud appetitur, inane est. Deus e-

nim vnum est, in quo est omnium bonorũ, & pul  
chorum, ac desiderabilium plenitudo. Et propte  
rea nil vtiq; optandum, nil admittendum, nil re  
quirendum, nisi ipse: & ea quæ nos ad ipsum diri  
gunt, atque deducunt. Omnis autem consolatio, **Deus oĩ-**  
omnisque decor, & delectatio, quæ ab huius vni **um desi-**  
us desiderio, & contemplatione animam distra- **derabili-**  
hit, vitanda, spernendaque est. Nunc ergo, o ani **um pleni-**  
ma, quoniam post deum nil vere atque simplici **tudo, so-**  
ter vnum est: quoniam omnis creatura a simplici **lus est re-**  
tate, & perfectione, ac dignitate diuina, infini **quirendus**  
te occumbit: relinque multa, supergredere va- **Cantic. 8:**  
na, exclude creata: & adhære illi, qui fecit te. Po  
ne eũ ut signaculũ sup cor tuũ, et in ipso solo fige  
re, & cõgrega ad eum oēs affectiones actiones  
q; tuas. Oẽm bonitatẽ ab ipso expectes, illã pul  
chritudinẽ, q̃ ei grata ac placita est, dũtaxat de  
sideres; et i ipso te ipam adornare, stabilire, simpli  
fica



ficareque studeas: quatenus sic pura & nuda, et  
 soluta atque sincera effecta, diuinitatis capax  
 sis: ardeatque in interiori affectu tuo diuin<sup>o</sup> amorem  
 tanquam in seraphin; in intellectu aeterna sapientia  
 splendeat, sicut in cherubin: & ipsa quoque  
 memoria deum benedictum in se comprehen-  
 dat, complectatur, ac teneat, ad instar the-  
 rum. Scio dilecte mi mentis tuae affectum, et  
 qua sanctitatis, virtutumque zelo anima tua vni-  
 nerata sit: ideo quod tibi ad huius desideratae per-  
 fectionis adeptionem, amplius conferre valeo  
 tibi mihi que ut queo conscribam. Denique quia  
 factum tuum in vno, vero, summoque bono sta-  
 bile affectas: ea duntaxat scire & legere cupis,  
 per quae affectus tuus in creatore suo, ardeat  
 atque stabilior effici queat. Ideoque non rethorice  
 quæris eloquij flores, neque verborum multitu-  
 nem diligis, nec curiosa subtilitate lætaris: sed  
 pendiosum aliquod, quod menti facilius im-  
 mi, firmitusque possit teneri. Quod & ego  
 bo ut valeo, nedum tibi, sed mihi quoque  
 ipsa conscribens, quatenus quorum affectio  
 na est, studium ac labor conformes sint:

De qualitate & conditione mentis hu-  
 manæ. Art. I.



QVO natura entis dignior est  
 simplicior, eo actio eius vniformis  
 firmiorque consistit. Vnde cum  
 na natura præstantissima sit, et  
 tas pura: omnis eius actio vniformis  
 est, & simplex, incommutabilis, & per-  
 etna. Operatio autem angelicæ mentis, æu-  
 furatur, & diuinæ simplicitati amplius confor-  
 matur. Porro rationalis anima, quoniam in vniformi  
 uecturatur



ueritate intellectualium substantiarum infima est: secundum naturam maxime instabilis est at-  
volubilis, neque in vno fixa manet, sed nisi custo-  
diosissima affit custodia, vndiq; incessanter va-  
gatur, nec aeterno illi immensoq; bono est inten-  
ta, quinimo difficulter ad ipsum erigitur, facili-  
ter vero atque repente ab ipso recedens elabit.

Cur hō qđ  
que adeo  
instabilis  
sit,

Quomodo gratia dei sit causa, atque origo  
omnis meritoria operationis in nobis.

Art. I I.



Vuemadmodum naturalium ope-  
rationum principium natura est: sic  
gratia diuina meritoriarum omniū  
actionum causa est. Et sicut vnum  
quodque naturalē suam operationē  
expeditius fortiusq; exercet, quā fue-  
rit in ipso propria sua natura vigorosior, atq; vi-  
uacior: sic mens humana, quā in ea gratia dei maior  
ac plenior fuerit, eo diuinis incessabilius intende-  
re valet, & quae diuina sunt atque salubria, dele-  
ctabilius & indefinenter impleret. Dū vero in se-  
metipsa, vel gloriari, aut confidere inchoat: pro-  
tinus cadit. Deniq; gratia dei gratis infunditur,  
infusa aut per sacras meditationes, & operatio-  
nes bonas conseruatur, nutritur, incalescit atq; re-  
dundat. Si vero negligentes, segnesq; fuerimus,  
mox vbi minuitur, aut penitus perit: quā mortalis  
culpa eā extinguit, venialis aut debilitat. Ideoq;  
qui puritati studet, & gratiam dei in se conserua-  
ri, augeriq; optat: summa eget custodia, ac solerti  
labore, quia qui gratiam dei in se non auget, neces-  
sario in breui eam minuit. Propterea sincere ac  
fructuose conuersari desiderans, si non minimas cul-  
pas uideret, doleat, & emendet: earundemq; insu-

Vnde gra-  
tia vel mi-  
nuat aut  
prorsus ex-  
tinguatur



per causas ac occasiones abscindat, atque in vniuersis circumspicte, sollicitè ac timorè habear: confestim arescet: & qui a spiritali feruore incepit, in carne: aut certe in ampliori purgatione, consummabit. Quoniã itaq; omnis n̄ perfectus ex gratia dei tanq̄ a fonte dependet, indelenter implorandus est deus: quatenus gratiam menti nostræ infundat, eamque conseruet, & augeat: & data quoq; gratia diligentissime custodienda, nec per inanē cordis effusionē disperdat: et negligentiæ ac ingratiudinis ania rea fiat.

Ois perfectus a dei ē gr̄a

Quid sit illud vnum, quod Christus dominus necessarium esse disseruit. Art. III.

VOD optimum est, & deo amplius nobis placens: hoc vtiq; summe necessarium est. Quid autem sit hoc, si inquiras: responsiō diuersis modis, variisque nominibus, reddi potest. Veruntamen

in re ipsa vna est. Responderi quippe potest, quod **Luc. 10** charitas sit vnum, quod saluator necessarium dixit. Rursus dici potest, quod puritas mentis, seu contemplatio dei, sit hoc vnum. Sed omnia haec rem vnam insinuant. Certum est enim id quod summa atque finalis animæ perfectio est, id vnum esse quod necessarium est. Charitas autem, seu

Sūma hominis perfectio est. Vera nempe charitas puritas quæ sit onum excessus excludit, & sine contemplatione dilecti esse nequit. Ideoq; vnumquodq; trium horum alia duo complectitur. Nuda enim & imis diuinorū agnitio, contemplatio dicenda non est: sed agnitio charitate formata, & cū affectu inflammans, ipsa est contemplatio. Sic ergo charitas contemplationem, & contemplatio charitatem



tatem complectitur: neque possibile est, vnum si  
ne altero esse. Sed nec possibile est, aliquod horū  
adesse: si non fuerit mens ipsa a passionibus inor-  
dinatis expers, & a peccato immunis: non sic ut  
omnes passiones prorsus euicerit, et ab omni cul-  
pa libera sit: sed quoniam quo passiones magis  
refrenat, & ab omni offensa sollicitius cauet: eo  
delectationi & contemplationi aptior fiat. Por-  
ro si in mortali peccato sit, & passionibus serui-  
at: neque contemplatur, nec diligit: quia in gra-  
tia non est, sine qua nec contemplatio, nec dile-  
ctio adest. Itaque hoc vnum quod necessarium  
est, existimet virtutum zelator, non aliud esse, q̄  
cordis mundiciam. Sed & deus, qui omnis boni  
principium est & finis, hoc vnum quod necessa-  
rium est rite cēsetur, tanquam obiectale bonum. Luc. 10?  
Cordis vero mundicia, vt formalis perfectio, &  
intrinsicus finis, per quem deo anima vnitur, ad  
hæret, & in immenso, æternoque bono contenta  
redditur atque quiescit: segregata a multis, & in  
vno confixa.

Quod vniuersa mētis nostræ intentio, atq̄  
propositum, in consideratione ac desiderio  
huius vnius figi debeat. Art. IIII.



**V**Oniam igitur mens humana se-  
cūdam naturā tam mobilis est, atq̄  
instabilis: a contemplatione & amo-  
re huius vnius, quod necessariū est,  
subito cadit: nec in eo diu fixa exi-  
stit. Propterea id ei optimum est, si  
in vno stabiliri debet, vt hoc vnum firmiter ac  
indelebiliē cordi atq̄ affectui suo imprimat: &  
ad ip̄m cuncta, q̄ agit & patit, referat: & oē suū  
exercitiū ad ip̄m coordinet: quatenus dū se aīa  
a n̄ ab



Consilium  
spūalis, pfe-  
ctus opti-  
mū

Quid im-  
pediat con-  
tēplationē

ab hoc vno, quod necessarium est, elongatam  
intelligit, aut distrahi sentit: intime doleat, pro-  
tinusq; ad ipsum recurrat, et pro viribus in iplo  
stabiliri festinet: atq; in hoc sancto labore, vni-  
uersum vitæ huius tempus deducat. Quoniam  
quo in hac re vehemētius proficit, eo melior est,  
perfectior, & futuræ felicitati propinquior. Itaq;  
quotiescunq; nos passio aliqua turbat, quoties  
ira inflammat, inuidia torquet, impatiētia agit-  
tat, superbia effert, gula obnubilat, accidia de-  
primit: pensemus & doleamus a puritate men-  
tis, quæ sola necessaria est, nos elongari ac di-  
strahi. Vnde ad amorem puritatis mentalis ani-  
mus mox reuocandus est, & ipsius affectu mū-  
diciæ, vniuersarum nebulae passionum proflus  
spernendæ sunt, & extirpandæ. Præterea has im-  
moderatas passiones charitati esse contrarias,  
eiusq; expulsivas, palam est. Elucescit quoque,  
quia contemplationes summe impediunt: & nō  
solum hæ, sed & inutiles phantasia, cogitatio,  
que inanes, vagæ, & viles, contemplationē vel  
interrumpunt, vel auferunt. Itaq; nunquam ob-  
liuioni tradenda est memoria huius vnus, sed  
iugiter ad ipsum est conuertendus mentis intuitus:  
ipsum siquidem est, propter quod venimus.  
Et ideo semper ardens vitæ monasticæ sectator  
sibimet, dicat: Ad quid venisti?

De iugi atq; sollicita custodia cordis

Arti. V.



Gitur cum sit mundicia seu puritas  
cordis, finale animæ nostræ bonum  
& summa perfectio: cuius intuitu  
omnia agenda, sustinendaq; sunt:  
maximè desiderari debet, & pro  
eius ad



eius adoptione infatigabiliter laborandum est. *Simile de  
cordis puritate*  
Adepra autem, tanquam preciosissimus thesau-  
rus, diligentissime custodienda est. Sicut enim in  
arte medicinae sanitas omnium medicamentorum  
finis est, sine qua nullum medicamentum opta-  
tur, nec valet, nisi videlicet ad sanitatis reparati-  
onem proficiat: sic nullum exercitiorum nostrorum  
utile putandum est, si non ad mentis puritatem  
coadiuet. Hic ergo sit omnis noster labor, omnis  
diligentia, omnisque affectio: habere semper &  
vbiq; in praesentia diuinæ lucis, & in eternæ ma-  
iestatis, ac diuini vultus cuncta cernentis, con-  
spectu cor mundum. Denique si interrogas, quomo-  
do cor custodiendum sit, quatenus semper prout  
miserabili huic vitæ est possibile, in puritate con-  
sistat: respondendum, non aliter nisi omnia infe-  
riora, quæ in nobis sunt, secundum rationis censuram uti-  
litatemque intellectiuae partis animæ gubernent.  
Vbi enim secundum congruentiam superioris, non  
disponuntur subiecta, turbatio est: quæ paci & puri *Philosop.*  
rati repugnat. Quoniam ergo optimi hominis est (ut  
Dionysius ait) secundum rationem esse, refrenan- *Dionysius*  
di sunt sensus, & omnis sensualis affectio coercen- *Quæ vitia  
potissimum  
lumen ra-  
tionis ob-  
tenebrent.*  
da est: utpote ne menti distractionem inducant, ne  
que lumen rationis obtenebrent: quod ira, & im-  
patientia praesertim efficiunt: sed & inuidia oem  
peruertit iudicium, et superbia non sinit hominem  
agnoscere semetipsum. Porro ventris ingluuies  
accidiam & somnolentiam facit, cordisque oeu-  
lum a contemplatione vehementer auertit. Qui  
cunque itaque cordis studet mundiciæ, nisi visum  
suum vbiq; maxime autem in diuinis, custodiat: lin-  
guam quoque gubernet, aures etiam a vanis auer-  
tat rumoribus, & ab immoderamine cibi ac po-  
a iij tus se



D. DIONYS. CARTH.

tus se temperet, sciat quā frustra laborat. Præterea si hæc cuncta custodit, nec tamen interiores passiones atque affectus, vincit & reprimit: si nō discat dominari animo suo, & illos animamotus extinguere, quā puritati, dilectioni, s. & contemplationi repugnant, inuanū conatur. Ideoque circumspecta mens ea semper intra se diligēter perpendat, quā cordis mundiciā vel tollunt, siue offuscant. Dumque tale quippiā in se oriri aduertit, repente foriterque occurrat: metuens semper ne preciosissimus suus thesaurus, quod est puritas eius, auferatur ab ea. Propter cuius custodiā atque amorem, omnia aduersa equanimiter ferre oportet. Potissime autē linguæ incustodiā, mentis serenitatē cōturbat, vbertimque penitus inficit. Et quod loquax est, palam vtrique, quoniam mente vacuus sit: pro

Mens cōri  
non ad de  
um erigen  
da est

Psalm. 59

Quid alar  
in noiegra  
tiam dei

cordis custodiā sollicitudinem nullam gerens, nil quoque proficiens. Insuper itaque in omni labore, omnique actu, mens ipsa vbertim, & si non cōtinue, ad creatorē erigenda est: ea dicendo, quā mentis affectū amplius igniūt, & deuotionē renouare efficacius quānt, ut est, Cor mundū crea in me de u s. Et similia, pro ut dominus dederit. Et hoc in colloquijs, in mensa, in opere exteriori semper agendum est, quatenus discat anima, assuecatque redire ad se, ne dissoluta & vaga, a proposito cadat, puritatemque amittat, et a pristina gratia atque seruire deficiat. Semper quippe vna spiritalis meditatio, atque iterna affectio, gratiam alit & roborat: & ad aliam quoque disponit. Sicque tandem generatur in anima habitus, quod faciliter delectabiliter postmodū faciet, quod paulo ante laboriose agebat. Et quia pauci sunt, quos se ira custodiunt, ideo pauci sinceri & perfecti iam sunt.

Necessa



Necesse est enim, vt omni tempore timorate se gerat, ac omni vespere consideret quem admodum diem expenderit: & in quibus se offendisse perceperit, hæc in posterum deuitet, doleat, & occasiones consimilis ruinae fugiat. Veruntamen in omnibus his non confidat homo in se, sed a diuina benignitate opem & gratiam precordialiter, perseueranterque imploret: neque in incepto virtutum studio fatigationi succumbat, neque aduersitatibus cedat: sed fortiter, fiducialiter, atque constanter laboret.

De septem meditando secundum tempora certa Art. VI.



Non sinit presentis vite status vni cogitationi semper mentem nostram insistere, neque possibile est contemplationi ac dilectioni dei iugiter sine interruptione intendere: sed voluitur atque dilabitur anima de vno in aliud. Ideo

que plures ei diuinæ meditationes imprimende sunt: & non solum vnum: sed omnia que ad salutem pertinet, charitatemque promouent, vel timorem inducunt, in precordijs nostris scribenda sunt, atque firmissime infigenda: quatenus dum mens ipsa ab vna cogitatione salubri auertitur, ad aliam aliquam bonam protinus conuertatur, quemadmodum secularia corda ab vna cogitatione iniqua ad aliam cadunt. Denique ex consideratione multorum, que ad salutem pertinent, amor dei amplius in animo incalescit ac stabilitur: & ob id plura memoriter atque sollicitè intuenda sunt, que ad puritatem & salutem proficiunt. Nam & vicissitudo ista cogitationum, ipsi animo propter recessum eius a diuina simplicitate & immutabilitate, naturalis est atque iucunda. Est insuper utilis, quia cito fatigatur mens ipsa, si vni

Plures diuinorum saberrime meditationes statuendæ







atq; includit, sine quibus nec vera charitas haberi potest: puta expulsionem peccatorum, ac reformationem passionum, saltem secundum aliquem gradum. Perfecta ꝓ dilectio, puritasque perfecta, perfecta quoque passionū reformationem atque victoriam exigit: ad quam perfectionem vniuersa totius vitæ presentis operatio ordinanda est. Veruntñ quoniam (vt ait philosophus) ars & virtus sunt circa difficilia, sicut virtus atque perfectio hæc altissima atque præstantissima est: sic difficillime et laboriosissime adipiscitur. Ideoque indefesso animo, ac firma fiducia conari oportet, deum inuocando, atq; in eo duratim sperando. Quod si aliquādo, pro libito nostro non exaudimur, vel interdum mentem nostram instabilem, aridamque, ac in deuotam inuenimus: non idcirco frangamur, sed cum synce ra fiducia constanter instemus, & manum domini longanimitèr præstolemur, nosq; dispensationi cōmendemus diuinæ: certi qm̄ ipsi cura est de nobis: & quia quandoq; gratiam suam, vel suspendit, vel differt propter commodum nrm̄. Interim etiam exteriores delitiæ, viles atq; carnales consolatiunculæ penitus cōtemnenda sunt, et cum gemitu & planctu est imploranda Christi clementia. Et propter eius absentiam, libèter ad tempus in amaritudine simus: sintq; tantisper nobis la chrymæ nostræ, & si nō corporales, saltem internæ, panes die ac nocte. Quemadmodū scriptum est, Renuit consolari anima mea. Quoniam itaq; charitas æternæ vitæ meritoria est, neque sine ea aliqua virtus, diuinæ est visionis meritoria, omnis actio ex charitate procedens diuina, vitam meretur æternam. Quemadmodum

Aristote.

1. Petri. 5.

Esaiæ . 38.

Psalm. 76.

a v. omnia



Affectus  
pius in de  
um mere  
tur æter  
nam bea  
titudinē.

omnis operatio ex mortali nascens peccato, infernaliter promeretur tormenta. Quotiescunque itaque mens nostra in deum afficitur, toties æternam beatitudinem promeretur, seu ampliore diuinae visionis claritatem. Ideoque hic sumus nobilitatis profectus, & optimus omnium laborum fructus, frequens, ardensque mentis in deum affectio: & quo in eum vberius feruentiusque erigimur, eo prorsus vehementius nobilitamur, delectamur, atque proficimus. Denique sicut ignis consumit stram, sic dilectionis affectus accendit peccatum, peccatique poenam. Sed & sicut charitas, summa est virtus: sic actio eius saluberrima extat. Propterea quicquid de diuinis, & ad diuina pertinentibus, meditationi mentis occurrat: ad dei dilectionem, & eleuationem mentis in deum mox referre debemus: vt scilicet siue beneficia dei, siue passionem Christi, seu aliud quippiam cogitemus: enitiamur semper ex his in diuinum amorem compungi. Sed in omnibus istis ab immoderata lætitia, a dissolutione cordis, a rursu inani, pro viribus omnino abstinere oportet. Hæc quippe sollicitudinem, diligentiam, & recollectionem cordis impediunt atque effundunt: & qui illis lætatur, diuina utique consolatione indignus efficitur.

De duplici incitamento diuini amoris.

Art. VIII.

Psalm. iij.



Vo res melior est, eo amabilior est, & quod optimum est, summe vique est amabile. Quoniam ergo deus benedictus naturaliter ac essentialiter bonus est, & immensa, perpetua, puraque bonitas, in qua est omnium desiderabilis.



rabilium, omniumq; pulchrorum infinita ac incomprehensibilis plenitudo: videlicet æterna sapientia, incircumscriptibilis maiestas, omnipotens virtus, inobtenebrabilis splendor, inexcogitabilis pietas, pax summa atq; dulcissima, ardentissimus amor, iucundissima felicitas, gaudiosissima vita, indeficiensq; imperium. Propterea ipse summe & naturaliter, & itē propter seipsum desiderabilis est atq; amabilis. Primum itaque inflammans animā in dei amorem, est propria eius bonitas, seu contemplatio bonitatis diuinæ in seipsa. Secundum autem est, speculatio munificentiae & beneficiorum ipsius. Naturale enim est eum diligere qui alteri bona impendit, & circa eum munificus sit. Quo itaque beneficia diuinæ munificentiae circa nos plura maioraque sunt, eo deum feruentius obligamur diligere: & grauius quoque peccamus, non diligentes. De beneficijs autem ac misericordijs Dei nostri super nos, postmodum mentio erit. Igitur iam nunc dilige anima mea dominum, ama deum creatorem tuum: amplectere & complectere eum intra teipsam. Munda affectum & præpara ei locum, quoniam prope est omnibus inuocantibus eum. Noli obliuisci gratias, ac misericordias eius: sed dic ei cum syncero suspirio, Nomen tuum & memoriale tuum domine in desiderio animæ meæ. Rursusque, Ne auertas faciem tuam a puero tuo. Non enim o anima pacem extra eum inuenies, non conscientiae serenam quietem, non ueram consolationem, nec desiderij tui satietatem. Porro si ei constanter adhæseris, si ei perseveranter clamaueris: trahere me post te, si faciem eius incessanter quæsieris; cito utique apparebit

Perfectiones diuinæ.

Psal. 144.  
Psal. 102  
Esa. 26  
Psal. 66.

Cantico,



Psalmo. 33

rebit tibi, & conuertet cor tuum in se, stabilien-  
 & illustrans te in sui contemplatione atq; amo-  
 re: & tunc veraciter gustabis, quoniam suauis est  
 dominus. Admirabiles em̄, dulcissimas, & miran-  
 dissimas subiū delectationes ex diuino fonte, et  
 bono deo hauries & experieris: & ex tunc deip-  
 et tibi caro, omnisque indigna & carnalis ob-  
 ctatio contemnetur a te: & quod tibi paulo ante  
 laboriosum extitit, mentem, s. a multis abstrahere,  
 re, & in deo figere: iam promptum erit, atque  
 cundum. Veruntamen in primis necesse est, circa  
 purgationem passionum insistere, & extirpare  
 re hominem ordinare, atq; in consideratione do-  
 minicæ passionis, & humilitatis, humanitatis  
 Christi animam exercere: & sic demum ad  
 dos diuinę bonitatis affectus cor leuare, atq; ad  
 lucidissimas, inuisibiles, incorporeas, ac simplicis-  
 simæ diuinitatis contemplationes mentem auer-  
 lere.

Quod ad sedulam cordis custodiam, per  
 magnum incitamentum sit, seria de diuina  
 maiestatis præsentia cogitatio.

## Art. I X.

Diuina  
 pñtia sę  
 & in oi-  
 bus cogi-  
 tata quid  
 efficiat.



Ille est atque peruersum, plus vere-  
 rari vel timere hominum vultus  
 quam diuinum conspectum. Quia  
 taque pacto mi dilectissime frater  
 audemus Deo spectante cogitare  
 quod homine audiente non audemus probere  
 Deniq; quomodo non erubescimus ea deo  
 ciente appetere, quæ coram hoibus cõfunduntur  
 operari vel dicere? Sed & qualiter audemus  
 diuini vultus præsentia facere, qđ honesto adq;



viro præfente formidamus efficere? Palam est ideo nos ista peragere, quoniam amplius hominem quam deum honoramus atque metuimus. Sed quid ait altissimus? Ego, inquit, glorificantes me glorifico. Qui vero deum negligit, & spernit, negligetur & spernetur ab eo: quoniam quæ ipse despicit, nullus corrigit. Ideo studiosa deuotaque mens se coram diuino aspectu cogitet semper consistere: omnesque suas cogitationes, verba & actus perpendat deum semper atque ubique inspicere: dicens cum sanctissimis Helia, & Helizeo, Viuit dominus, in cuius conspectu sto hodie. Vocetque cum Agar matre Ismaelis locum omnem in quo fuerit, Dominus videt. Enimuero si in dei præsentia nos esse perpendimus, eiusque immensam maiestatem pensemus: cum utique plus quam hominem aliquem venerari satagemus. Si vero eius contemplerur inflexibilem iusticiam, ac metuendum iudicium: mox utique metuemus, & merito cum timore & tremore nostram operemur salutem, pensantes quam sit horrendum incidere in manus dei viuentis, qui nec minimum malum impunitum relinquit. Insuper si diuinæ mentis sanctitatem aduertimus, erubescemus coram tam mundissimo ac sanctissimo deo turpiter agere, & inhoneste inobedienterque viuere. Quo enim qui offendit dignior est, eo & culpa grauior est. Cuiusque deus incõparabilis, & omnino infinitæ dignitatis existat, culpa omnis qua ei inobedientes sumus, infinitam enormitatem habet. Est enim auersio ab infinito bono. Denuo quo aliquis sanctior & iustior est, eo iniusticia atque malicia ei amplius displicent. Deus autem essentialiter sanctus est & supersubstantialis ac infinita sanctitas atque

Proue. 8

Eccle. 7.

3. Reg. 17.  
Gene. 16.

Phil. 2.  
Hebre. 10.



Eccle. 32 atq; iusticia: ideoq; inestimabiliter ac incomparabiliter ei displicet peccatum, & recessus ab eo. Hinc ergo vehementer o p cordialissime amare & in Christo dimidium animæ meæ, nos timere oportet: ne tam immensam maiestatem imbuoremus, neq; tam infallibilem iusticiam obfuscamur, nec coram tam sancto ac mundo deo, immūdo atq; inique viuamus: sed cum affectu & sollicitudine enitamur, mētem nostram ei benepuram offerre: & dum in cellis soli conquecimus, eius semper præsentiam cogitemus, diligamus, formidemus, ac honorem: & ipsum nobiscum semper habere conemur. Neq; enim longe est ab vnoquoq; nostrum, quoniam in ipso sumus, mouemur & viuimus: & ipse omnibus circumloquens est, cunctaq; penetrat. Ipse siquidem dicitur loquens: Cœlum, ait, & terram ego impleo. Hierem. 23 autem, solitudo nostra misera, erimusque ceteri soli, non feliciter solitarij.

SEQVVTVR SEPTEM  
feriarum meditationes vtilissime

De cœlesti atq; æterna felicitate sancti

Art. X.

Die dñico  
meditādū.

Esa. 64

1. Cor. 2.



Culus non vidit, nec auris audivit, neque in cor hominis ascendit, quæ præparauit deus electis suis. Quid enim præparauit benignus deus diligētibus se, nisi secretum? Porro ipse inuisibilis est, audire nequit, & cōprehendi non valet. Non nobis præparauit



parauit creaturam aliquam, seu bonum finitū:  
 sed seipsum, vt eū videamus, diligamus, ac possi-  
 deamus: ipsoque fruētes, æternaliter contente-  
 mur. Porro gaudium est, diffusio animi in conce-  
 ptione boni, quo itaque id quod apprehenditur  
 melius est, magisque conueniens, & potentia ap-  
 prehēdens præstantior, ipsa que apprehensio cla-  
 rior, eo gaudium ex huiuscemodi apprehensione  
 proueniens, plenius est atque iucundius. Deus au-  
 tem sublimis, quo omnes beati fruuntur in pa-  
 tria, est infinita bonitas, qua a deo nil amplius  
 appeti valet, omnem perfectionem, omnemque  
 nobilitatem ac pulchritudinem, cum immensa  
 plenitudine comprehendens, estque diuina bo-  
 nitas omni creatæ menti eam cernenti conueni-  
 entissima atque dulcissima. Sed & deus æterna  
 & increata sapientia est, exemplarisque veri-  
 tas, intellectum penitus implens, & omni agni-  
 tione ac veritate adornans & felicitans. Con-  
 stat ergo, quod visio patriæ ex parte obiecti, scilicet  
 dei sit summe iucunda, omnem delectationem,  
 omnemque læticiam, ineffabiliter, incompara-  
 biliterque præcellens. Denique intellectus dignis-  
 sima, ac diuinissima potentia est, & vnio quo-  
 que seu apprehensio intellectus in patria, claris-  
 sima est ac immediata. Erit enim facie ad faci-  
 em, & erimus tunc ei similes, quoniam videbi-  
 mus eum sicuti est. Contemplare o anima, vt va-  
 les, quale erit gaudium videre æternam illam ef-  
 sentiam, et clare cognoscere, quemadmodum ipsa  
 æterna sit a nullo facta nec creata, neque depēdēs  
 sed sibi ex se, in se, & per se sufficiens, omnia cre-  
 ans, intelligens, conseruans, administrans, atque  
 gubernans, Admirabilē & incircūscriptibilē, et  
 incō

Gaudiū  
 quid sit.

1. Cor. 13.

1. Iohā. 3.

Cōreplari  
 deum.



- incōprehensibilem deum per essentiam, & in ipso lucide & clare intelligere, & in eius fontali sapientia totius vniuersi ordinem, omni em̄q; veritatem atque secretissima intueri. Frui quoque immenso bono, & id semper possidere, & quicquid desiderabile pulchrumq; existit in ipso habere, sicque æterna irradiari sapientia, & diuina impleri bonitate: vt omne desiderium intellectus & voluntatis omnino facietur & contentum reddatur. Gustare insuper diuinæ pacis dulcedinem et amore creatoris prorsus absorberi, in deum transformari, & eum semper in se complecti: neque ab eius amplexu amore atque aspectu vnquā posse auelli. Videre demum superbenedictam trinitatem, et inspiciere quemadmodū ab æterno patre generetur filius, patri coæternus, coequalis et consubstantialis: quomodo etiā ab vtroque procedat spiritus sanctus, & quemadmodum pater diligat filium, et filius patrem, atque vtriusque spiritum sanctum: quæ diuinarum harum personarum mutua cōplacencia, nexus, amor, & gloria.
- Frui deo.**
- Gustare deum.**
- Iohā. 1. 14. 16.**
- Contēplari vnā in Christo personam.**
- Postremo videre in Christo ex diuina æternam natura, vnā constare personā: & gloriā pulchritudinē humanitatis in Christo: et cū super oēm angelicam altitudinē exaltata laudæstimabili excellentia, videre quoque gloriā atque decorē amantissimæ dei vnice virginis, pælectæ Mariæ, & mutuam eius et filij sui familiaritatem atque amorem: speculari quoque Hierarchias cœlestes, ordinesq; angelicos, et quomodo milia milium ministrant creatori, decedentes millies cetena milia deo assistant, et quemadmodum non sit numerus militum eius. Cernere etiā vniuersitatem hominum electorum, prophetarum apostolorum







D. DION. CART.  
De salubri meditatione mortis.

Art. XI.

Feria se-  
cūda me-  
ditandū.



VI se quotide presentem vitam, et  
que uniuersam eius gloriam, cito  
missurum cogitat: facile ea que  
dulcia ac bona videtur contemnit,  
& dei timorem incurrit: ea que con-

gregare festinet, quæ sibi in extrema necessitate  
articulo proderunt, atque egredientem animam  
comitabuntur. Ideo hoc nobis expedit, ut quo-  
tidie alloquamur animam nostram, dicentes:  
Scito o anima, quoniam in breui veniet hora, ut  
transeas ex hoc mundo in regionem ignotam: et  
districto tribunali Christi te mox astare oportet.  
Veniet cito tempus amarissimæ mortis, dum  
tempus omissum, & infructuose neglectum recu-  
perare non poteris. Nihilque te iuuare, aut conso-  
lari valebit eorum, quæ nunc inordinate diligis,  
iniusteque agis: sed tunc sequentur te opera tua

Apocal. 14 tam mala quam bona, neque erit tibi in hora illa  
consolatio aliqua: nisi memoria atque fiducia  
bonæ vitæ præteritæ, & succursus diuinæ cle-  
mentia. Tunc dolebis te tam intemperate ac ne-  
gligenter vixisse, omisisse tot bona, commisisse  
tot mala. Tunc te horror concutiet, & vastabit  
anxietas, torqueturque remorsus, ac vermis con-  
scientiæ malæ. Itaque iam poenitentiam age, mo-  
do labora, moresque corrige: ne tunc sero, milite-

Gregori. rabiliter, & formidolose proclames, Inducias vi-  
tæ. Imago vnius horæ, inducias vel vnius horæ. Porro  
moriētis tenacius menti inhæreat meditatio mortis  
ob oculos ducta, vtile valde est, imaginem hominis moriens  
statuēda tibi cordi imprimere. Pensandum namque est, quæ  
crebrus, admodum tunc inualidæ manus nigrescant, vul-



tus palleſcat, os contrahi, viſus obtenebrari, &  
 oculi profundari incipiant: quomodo demū pul-  
 ſus caprizare halitusque deficere, & ex intimo ſe  
 colligere inchoent: mox quoque ſudor mortis af-  
 ſit, victam eſſe naturam conſtans, & ipſe mor-  
 tiſeræ atque duriffimæ mortis puncturæ, cor ſuf-  
 focare ac ſcindere conentur. Quumque his ani-  
 ma vallata preſſuris, lucem huius mundi videre  
 deſinit, & alterius ſtatum ſeculi interioribus ocu-  
 lis aſpicere incipit: aſſunt repente cruentæ beſtiæ,  
 atque laruales dæmonum facies, & cateruæ: re-  
 nouât peccata præterita, ſi forte deſperationem  
 inducant: & exeuntem præſtolantur, ſi forte e-  
 is torquenda præſtetur. Hæc præmedita-  
 ti vera ſapientia eſt, nec eſt vtilior ſcientia quam  
 diſcere mori, hoc eſt, ſeipſum quotidie ad mor-  
 tem diſponere, & ad eius aduentum omni die  
 paratum exiſtere: vt ſcilicet nil in mente reſide-  
 at, quod conſcientiam morder, & cum quo mo-  
 ri timemus. Hoc nempe eſt quod ſaluator docet  
 Matthæi decimo ſeptimo: **Vigilate**, inquit,  
 quia nescitis diem neque horam. Et quod alibi  
 quoque ſcriptum eſt Eccleſiaſtes duodecimo, Me-  
 memento creatoris tui, in diebus iuuentutis tuæ: an-  
 tequam veniat tempus afflictionis tuæ. Quo-  
 tidie ergo mortificemus deſideria noſtra, & o-  
 mnem a nobis abſcindamus mundanum affe-  
 ctum: nil concupiſcentes eorum quæ in mundo  
 ſunt: illuc nos intime conuertentes, vbi æternali-  
 ter erimus & viuemus. Quatenus cupiamus & **Philip. 3.**  
 nos cum diuino ap̄to abſolui, & eſſe cum Ch̄o. **Luc. 12.**  
 Beatus. n. ſeruus ille, quē cū uenerit dñs, inuenerit  
 vigilantē. Ideo et Theophilus Alexandrinus o- **Theoph.**  
 ſim epiſ, morti propinquas dixit de abb. Arſenio:

b q̄ Beatus



**Heli, ab.** Beatus es abbas Arseni, quoniam hanc horam  
semper præ oculis habuisti. Denique abbas Helias: Ego, inquit, tres res timeo. Vnam, quando anima mea egressura est de corpore. Secundam, quando occursum sum deo. Tertiam, quando sententia iudicis proferetur de me. Et nos igitur dilecte mi, hæc tria formidemus, & vilescet nobis hic mundus, omnisque decor & concupiscentia, ac gloria eius.

De intenta consideratione beneficiorum dei.  
Art. XII.

Peria  
tia medi  
tandum,



**T**RIA sunt, ex quibus beneficij magnitudo pensatur. Primum est, excellentia dantis. Secundum, paruitas recipientis. Quot enim dator est dignior, & recipiens minor: eo in dono seu beneficio amplior apparet ex parte

donantis dignatio, atque ex parte recipientis vehementior exigitur gratitudo. Quemadmodum si rex præpotens egero alicui aliquid præstet. Tertium autem, ex quo beneficij magnitudo attenditur, est dignitas doni. Quonia ergo maiestas fontis atque datoris vniuersorum donorum, incircumscribibilis est, incomparabilis atque immensa: apparet in beneficijs dei summa, ac nobilissima dignatio. Denique quoniam paruitas & fragilitas, ac insufficiencia nostra ineffabilis est, multa que nimis: ex parte nostri summa requiritur gratitudo. Qualia vero sint beneficia dei, solentur tota

**B**eneficia eri oportet. Beneficiorum autem dei, quedam sunt dei dupli dona naturæ, quedam vero dona gratiæ: et vtraque que duplicia sunt, generalia scilicet ac specialia. **Naturæ,** Dona naturæ sunt creatio, gubernatio, & conseruatio. Recordare ergo, quonia a deo habes esse, viue



vivere, sentire, mouere, ac intelligere: Et quicquid naturalis perfectionis, pulchritudinis, atque decoris in anima carneque habes: diuinitus tibi impartitum non oblitiscaris. Si ingenio polles, si corpore pulcher es, si gratus, si prudens, si robustus, si eloquens: agnosce te hæc ab autore naturæ recepisse, & ipsi gratus esse satage. Præterea quis diuinæ gratiæ dona, & æternæ pietatis beneficia enumerare sufficiat? Quis ea digne contemplari, ponderare, laudare, ac diligere possit? Inter quæ summum atque dignissimum ipsa est incarnatio filij dei: in qua ardētissimus eius amor, immensa bonitas, inestimabilisque misericordia splendent. Denique quod propter nos in terris inter homines conuersatus est, atque ab eis multa perpeffus, ac demum amarissima morte occisus: quod nos proprio sanguine ab infernali, æternæque pœnâ redemit: & angelicæ beatitudinis, ac perpetuæ iucunditatis, hæredes constituit. Quod ex aqua & spiritu sancto nos regenerauit, & a multis periculis grauib;que peccatis seruaui. Quod delinquentibus misertus est, & dum in mortalibus eramus peccatis, non nos subito iuste damnauit: sed longanimiter expectauit. Et insuper ex mundo reduxit, & inter suos ad suum deputauit obsequium: quum tamen multos interim, nobis vel notos, vel propinquos, aut certe coætaneos, nobis forte meliores ab hac vita abstraxit: & vel in inferno, aut in purgatorio iuste proiecit. Specialia vero beneficia dei vnusquisque in seipso considerare debet: quomodo scilicet sibi quotidie succurrat & assistat, ignoscat & gratiam præstet: in sacris quoque ordinibus constitutis, atque carne sua ac sanguine alet. Pro his esto

Gratiæ

Baruch. 3

¶

Specialia  
dei bene-  
ficia me-  
ditanda.



D. DIONYS. CARTH. V.

o anima grata deo, tantumque benefactorem  
contemplare & dilige: & omne bonum, omnem  
gratiam, omneque meritum ei semper ascribe:  
ne per ingratitude[m] donis eius fias indigna:  
quoniam ab eo omnis boni exordium est, conti-  
nuatio, atque perfectio. Si humana[m] beneficentia[m]  
immemorem atque ingratum existere, non so-  
lum inhumanum, sed & plus quam bestiale cen-  
setur. Quum & canis & leo proprium nutritio-  
rem adiutoremque diligunt. Quanto magis diui-  
nis beneficijs: que in seipsis comparabilia sunt at-  
que dignissima, & maximam gratitudinē pro-  
pter dignationem dantis requirunt: ingratum fo-  
re itemque immemorem, iniquissimum, impissi-  
mumque consistit. Nunquam ergo o anima a me-  
moria tua excidat diuinorum contemplatio be-  
nificiorum: sed ex eorum intentissima pondera-  
tione, ad dei tui amorem feruentem te semper er-  
gere incitareque stude. Habenti nanque, id est,  
grato, dabitur & abundabit. Ei vero qui non ha-  
bet, id est, ingrato, & quod videtur habere, aut  
retur ab eo.

Matth. 25.

De iusto ac metuendo dei iudicio.

Art. XIII.

Fe. quar-  
ta medi-  
tandum.



Job. 14

Hierony

IL horribilius cogitari valet, q̄ di-  
strictum illud nouissimum iudicium  
dei. Si enim ipsum non esset inferno  
poenalius, non vtique orasset sc̄tu  
propheta, Quis mihi tribuat vt in  
inferno protegas & abscondas me,  
donec pertranscat furor tuus. Ideoq; iudicij illius  
qualecunq; praeambulum expertus sanctus Hie-  
ronym. ait, Siue comedo, siue bibo, siue dormio,  
siue vigilo, seu aliud aliquid agero: semper iudic-  
ari



Dat auribus mentis meæ illius horribilis tubæ so-  
 nitus, Surgite mortui, venite ad iudicium. Nūc er-  
 go o p̄chaurissime frater recolligamus paulisper  
 animam nostrā, & sollicito corde describamus in-  
 terioribus oculis nostris, extremi illius iudicij mo-  
 dum atque horrorem. Inuocamur oculo fidei ve-  
 nientem cœlestem iudicem, cum milibus angelo-  
 rum ac hoīm, cumq; omni militia superni exer-  
 citus, in nubibus cœli, super vallē Iosaphat. Pen-  
 semus quorū in momento, in ictu oculi uniuersos  
 resurgere, & ad dei iudicium aduenire. Tūc sta-  
 bunt iusti in magna constantia, aduersus eos qui  
 se angustiauerunt, eruntq; electi eleuati a terra,  
 stātes in aere: impij v̄o ac reprobī iacebunt in ter-  
 ra quā dilexerunt, plumbo grauiores, durioresq;  
 ferro. Eruntq; tunc cum iudice securi, qui mō nō  
 sunt securi: & rursus tunc pauebunt, qui mō me-  
 tuere nolunt. O horrendæ & inexcogitabiles tūc  
 reprobōrū angustia. Videbunt em̄ v̄ndicē, & ec-  
 ce super eos iratus, districtus, inflexibilis iudex:  
 infra eos horridum inferni chaos, a pertum & pa-  
 tens. In circuitu ardēs mundus, & signita elemen-  
 ta peccatores inflāmantia: intus consciētia vr̄es,  
 atq; hinc inde dæmonum turba accusans. Si tūc  
 iustus vix saluabitur, peccator & impius vbi re-  
 manebit? O peccatoris confusio. Tunc nēpe re-  
 proborum vniuersa peccāta atque arcana, om̄i-  
 bus ac singulis, tam angelis q̄ hominibus eluce-  
 scent: quatenus oēs iustissimum dei iudiciū eē in-  
 telligant. In hora illa videntes iniqui sortem iu-  
 stōrū turbabunt timore horribili, et præargustia  
 spūs gemētes dicent, Nos insensati vitā illorū c̄sti  
 mabamus insaniam. Faciē suā ab ira vultus iu-  
 dicis quærent auertere, & non poterunt: dicent  
 b̄ iij monti

1. Cor. 15.

Sapient. 5.

Augusti.

1. Pet. 4.

Sap 7.



Luc. 23. montibus, cadite super nos: & collibus, operite nos: nec ramentum latere valebunt. Tunc videbuntur impij in quem transfixerunt, & ingrati eum qui pro ipsis transfixus est, quem ipsi spreuerunt.

Ioannis 19 Tunc computabuntur ac premiabuntur mali

Christiani cum his, qui Christum pupugerunt et occiderunt. Sed precor te o adorande Christe, o Iesu dulcissime, non inueniamur ego & dilectus meus cui hæc scribo, in die illo in infelicissimo eorum catalogo, qui te sacrilegis ac sceleratissimis manibus suspendentes peremerunt: quod & pro omnibus rogo, pro quibus te oro, orareque habeo. Denique nullum tunc malum, nec indil-

Matth. 12 cussum, nec in inultum transibit. De omni cogitatione iniqua, de omni verbo otioso, de omni opere malo, de omni tempore iam concessio, tunc exigetur iustissima & efficax ratio. Tunc dicit iudex (Matthæi vigesimo quinto) ijs, qui ad sinistram sunt: Ite maledicti in ignem æternum. Et ecce mox aperiens terra os suum deglutiet impios, inuoluetque eos ignis, quo elementa ardebunt & cum totius mundi immundicia, atque fetore,

Opertore in profunda gehennæ ruentibus, ascendent electi in alta polorum: reprobis id ipsum videntibus, & ad ampliorem suæ miseræ calamitarem nunquam obliuiscantibus. Vt igitur intolerabilem hanc euadamus miseriam, atque inexcogitabilem confusionem, horrorem atque angustiam: timeamus modo, & confiteamur sincere cum multa erubescencia peccata nostra: nec abscondamus iam a CHRISTI vicario, quod tunc latere optamus in extremo iudicio. Est autem & aliud singulare vniuscuiusque morientis iudicium.

Opertore  
infelicissimi  
num ex  
ilium.



judicium, non minus isto singulis præmeditadū ac metuendum, dum videlicet anima a corpore exiens, ad Christi repente tribunal protrahitur: illicque astantibus et accusantibus malignis spiritibus iudicatur.

De pœnis inferni. Art. XIII



Vena modū inenarrabilis est beatitudo sanctorum in cœlo: sic prorsus ineffabilis est miseria reproborum in inferno. Quid ergo de ineffabili fari præsumo? Sed ad incitandū timorem, paulisper balbutiendo loquor quod desidero. Est enim in inferno in primis animarum ac dæmonum, inconuertibilis auersio mentis a deo, cui correspondet pœna damni: scilicet carentia visionis diuinæ, quæ est summa infelicitas. Et quoniam in mortali peccato descendunt vel recesserunt, perseverat in eis inauertibilis conuersio ad bonum creatum, atque caducum in quo sibi finem statuerunt, & plus quam summum bonum dilexerunt: & hoc est eis æternus cruciatus, quod tali bono frui nequeunt, neque in ipsius illicito vsu delitari, sicut optauerant possunt. Itaque æternaliter obstinati manent in malo: nec deum diligunt, sed odiunt atque blasphemant. Quoniam ergo in peccato mortali propter contemptum immensi dei, est infinita enormitas, est in inferno interminabilis pœna: & quia reprobi illi miserrimi sunt vasa iræ, in quibus rigor atque seueritas diuinæ iustitiæ ostenduntur ac patent: ideo secundum magnitudinem diuinæ æquitatis, iuste torquentur: et cum sint deo odibiles, sempiternæ obliuioni traduntur, nec unquam miserabitur eorum creator. Vnde cū pœna

Feria quinta  
meditanda.

Sap. 14

b v ignis



Dānatorū ignis pœnalissima & maxima sit, primum præ  
tormenta: puumq; miserorum tormentum est ignis æternus.  
Nunc ergo redi o anima ad te, & a distractionibus  
te elongans: intuere impiorū tormenta, quæ  
tinus a quorum miserando collegio separati vos  
post vitam hanc in supplicio, ab eorū quoq; pec  
catis atq; delictis abstinere studeas in hoc mun  
do. Inspice oculis internis carcerem metuenti iu  
dicis, vt creditur in medio terræ situm: vide illic  
terram tenebrosam & operam mortis; caliginem,  
in qua densissime ac palpabiles tenebræ, in qua  
vmbra mortis & nullus ordo: sed sempiternus  
horror, perennis desperatio, atq; amarissima om  
nis boni desolatio habitant. Certa est ibi æter  
na damnatio, & quicquid desiderabile, iucundū  
que existit, longissime & perpetuo abest: quicquid  
autem odibile est, atq; pœnosum, inuita abire  
adeat. Audi illic vvlulatum & gemitum, singul  
tum atq; blasphemiam, miserandissimorum re  
proborum, præ doloris ac desperationis horrore  
ac magnitudine linguas suas manducantium,  
deumq; cœli maledicentium, atq; blasphemian  
tium. Ibunt enim a calore nimio ad aquas mui  
um. Ignis quoq; eorum nō extinguetur, nec ver  
mis morietur. Inuocabunt mortem, & fugiet ab  
eis. Erit ibi horribilis aspectus dæmonum, et ma  
tuus rancor, ac summa inuidia singulorum: nulli  
q; se tunc illi amplius odibunt in supplicio, quæ  
familiarius consentiunt in peccato. Intolerabilis  
aderit foetor, & gemēs societas, pressura, & cali  
dissima flāma, atq; inexcogitabile frigus. Opus  
na quæ nunquam finiris, nūquam abbreviari,  
nunquam minueris. O infelix consortium, vbi  
vnusquisque alterius auget tormentum. Si hæc o  
boni

Iob. 10

Marc. 9

Iob. 3



bone frater intente pensemus, non solum nō oblectabunt voluptates carnales, neq; de eo tantum lætabimur, gratiasque agemus: q̄ ab hoc nequam seculo erepti sumus: sed & miseris quoque mundi amatoribus vehementissime cōpartemur, atq; pro eis affectuosius diuinam bonitatem precabimur. Insuper ad nihilum deducetur in conspectu nostro malignus: timentes autē dominum glorificabimus.

Psalm. 14.

De passione Christi. Art. XV.

Feria sex. meditatio.



Scire cupis, quali te Christus charitate dilexit: intende quanta pro tua salute pertulerit. Proinde si peccati grauitatem, enormitatemq; agnoscere opras: cōtemplare quia aliter peccatum mundi tolli non potuit, nisi ipse mundi creator, verusq; deus, id ipsum incarnatus proprio sanguine aboleret: & ita cogitans, Christū diligere, & peccata abominari incipies. Acerbiter ac varietatem passionis domini tui, tibi sub pectore tuo tanquam fasciculum myrrhæ reconde: & ne tantæ charitati ingratus sis, quotidie eam deuotissima recale mente: atque in ea vide & disce, quid te oporteat facere: quomodo pati aduersa, & Christi imitari vestigia, seruum eius condeceat. Recordare itaq; illius sacratissimæ nouissimæ coenæ, & quomō in ea charitatē edocuit, tā ȳbo q̄ ope. Verbo qdē dū dixit, Mā datū nouū do vobis, ut diligatis inuicē. Opere autē dū propriū corpus in cibū, & sanguinē dedit in potū. Quēadmodū etiā in ea humilitatē summe instruxit. Discipulorū abluēs, tergēsq; pedes: et id nobis imitari præcipiēs. Deniq; quō factus in agonia plixius orauit, et factus est sudor eius sicut

1. Pet. 2  
1. Jac. 8

Iohan. 13  
Luc. 22  
Iohan. 13

Luc. 22  
gutta Luc. 22



D. DIONY. CARTHV.

Guttæ sanguinis decurreris in terrâ: quomodo postea traditus, captus, atq; ligatus: ad domum pontificis ductus est: & quomodo nocte illa potestate tenebrarum concessa, illuserunt ei, cædentes, velantes conspuentes, colophantes, ac blasphemantes filium dei, & sanctum sanctorum. Et quod licet ipse non auertit faciem suam ab increpantibus & conspuentibus se: patientiam docens, sed patientiæ formam efficiens. Præterea quomodo ligatus & consputus, præsidii tanquam seducter præsentetur, & accusetur: quomodo ab Herode contemptus, alba veste irrisus sit: quem admodum demum nudatus, atq; flagellis dilaniatus, & liuore ac plagis repletus: purpura induatur, & spinis coronatur, totoq; vultu sanguine madens, & rubens. Denuo flexis genibus adoretur, conspuatur, & tanquam vilissimus hominum propter te reputetur. Et quomodo sanctissimum eius caput, iam spinis confixum, percusserunt arundine: diuino capiti spinas acutissimas profundius imprimentes. Quem admodum etiam hinc baiulans sibi crucem exiit, & inter latrones suspensus sit, manibus pedibusq; transfixus, cutisque membris in tantum, ut omnia eius ossa dinumerari potuissent, poenalisissimæ distentis: quomodo felle potatus sit, & pro crucifixorum exorauit, atque tam amarissime passus sit, ut se a patre relictum clamaret: & astantem sibi matrem discipulo commendauit. Hæc meditari iustum est & salubre, deoq; gratum, & ad omnem virtutem instructiuum, singulare in gratiam atque internam deuotionem potissime a Christiano congruens: et ad eius sequendum patientiâ, obedientiam, humilitatē, & charitatē vehemēter in-

maro

sa. 50

Math. 14

iohan. 16

Marc. 15.

Luc. 23.

Psal. 21

Psal. 68.

Luc. 23.

iohan. 19



mans. In omni quoque tentatione, non est efficacius dandum remedium, quam ad Christi passionem confugere. Compacienti demum filio suo dilecto ac unico, dulcissima matri, ac virgine genitrici affectuosa mente condolere debemus: & sincero diligentique corde reuoluere, quem admodum in omnibus ihs precordialissimo suo unigenito, ardentissima atque piissima mater compassa sit: quae si constanter recogitemus, omnis utique rancor, omnis torpor, omnisque voluptas, longe fugient a cordibus nostris: & conabimur abnegare nos, & assequi Christum.

Luc. 9.

De recordatione humili priorum peccatorum.

Art. XVI.



Voniam autem ex similitudine amor nascatur, id solum nos deo facit odibiles, per quod efficiuntur ei dissimiles. Hoc vero peccatum est, ille enim sanctus est. Peccatum autem nos reddit immundos & impios. Ideo ait scri

Sabbato meditandum

ptura: Odisti omnes qui operantur iniquitatem. Psalm. 5. Et denuo: Peccata vestra diuiserunt inter deum & vos. Itaque cum peccatum sit languor & immundicia, mors, turpitudineque animae: volens a peccatis purgari, ea ad mentem reducat, & quantum poterit ea exaggeret, ponderet, atque magnificet: quatenus de eis amplius doleat, seque magis humiliet. Quo namque peccata nostra clarius videmus & confitemur, eo diuino conspectu uehementius absconduntur: & quo de ipsis magis compungimur ac verecundamur, eo amplius tantum culpa quam poena consumuntur: quo insuper ipsa plus magnipendimus, eo deus ipsa minora diiudicat: & quantum ex ipsa peccatorum atque defectuum

Leu. 11

Psalm. 5.

Esa. 59

Peccator

recordatio

utilis



**Multa sunt  
peccata ag  
grauantia**

**Exodi. 14.  
Deuter. 12.**

**Circumstan  
tia alia  
multa**

Etiam suorum consideratione se anima profun  
dius deijcit, & humiliat, eo coram deo sublimior  
fit. Multa proinde sunt, ex quibus peccata nostra  
enormitatem & grauitatem acquirunt. Primo,  
propter maiestatem & sanctitatem eius, quile  
gem praecepta quae dedit, quae peccando mortal  
iter propter inobedientiam spernimus & in hon  
ramus. Venialiter autem peccando aliqualem  
ei irreuerentiam exhibemus, coram tam sancto  
immensoque diuino domino, non satistimorate &  
sincere conuersantes: in cuius conspectu merito  
cum omni tremore ac sollicitudine ambularemus  
pauentes ne vel in modico immensitatem sancti  
tatis atque iusticiae eius inhonoraremus. Secundum  
peccata nostra aggrauans, est ingratitude de be  
neficijs dei. Quo. n. ille plura nobis beneficia pro  
stitit, eo magis obligamur ipsum diligere: grati  
usque peccamus non obediens, nec honoran  
tes tam benignissimum ac liberalissimum be  
nefactorem. Tertium autem quod culpam ag  
grauat est, quod toties ea peccata reiteramus. Vincta  
nempe reperita, durius laedunt, & difficilius san  
tantur. Sunt quoque aliae causae ac circumstan  
tia multae, peccatum grauanres: vt quod ex propo  
sito mala agimus, quod scientes viam iusticiae, ni  
hilominus iniuste fecimus, quod in sacris locis, seu in  
diuinis laudibus mala commisimus, quod bona ve  
na intentione operati sumus. His igitur reitepen  
satis, ponat se homo coram deo suo in loco quocum  
seu opportuno, commemoretque peccata sua grauo  
sa, conscientiam magis mordentia: & illa secundum  
iam praetacta magnipendat, & aggrauet: atque  
ex totis praecordijs dolens, dicat: Heu deus crea  
tor, quod infelix ego te summum & omnipotentem  
& iust



& immensa sanctitatis dominum, sic irreuerenter offendi: hoc & hoc peccatum, tibi inobediens, teq; contemnens effeci, tibi tam ingratus fui, toties hoc & illud repetiui. Et si forte bonum aliquid feci, proprium honorem & gloriam que sui: Non te solum intendi. Hæc dicens, compungatur, & erubescat, seque humiliet: & diuinam misericordiam, beneficia, & merita Christi rememorans, spem resumat: atq; emendationem firmiter proponat: & pro posse pœnam sibi condignam infligat. Et reuera tanta est omnis peccati mortalis enormitas, vt merito pro vno ac minimo tali, cunctis diebus vitæ nostræ, nos vsque ad puluerem, & sub brutis quoque humiliaremus, a contritionis dolore nunquam cessantes: non tamen vt sit dolor iste semper continuus, sed frequens, & opportunus. Sed & inde nos præsertim dolere & contristari debemus, post abnegationem mundi, et ingressum cœnobij, tam negligenter infructuoseque viximus: et cum tepore, atq; a cœdicia opus dei efficimus. Porro nisi in vera humilitate omne nostrum exercitium fundetur, omnisq; inanis ac elata cogitatio penitus abijciatur: vniuersum spiritualis structuræ ædificiũ cito cadet, et omnino peribit.

De præparatione ad ministerium, celebrationemq; missæ.

Art. XVII.



Vm ad venerandum altare dei, et sacratissimam atq; diuinã mèsam Christi proponis, mi chare frater accedere: quatuor diligēti corde intēde. Primo teipsum, q̄lis sis. Secūdo maiestatem eius, cui hostiã sacrã offeras. Tertio

Oratio peccatoris

Humilare nos debet actore peccatoris memoria.



Quatuor  
meditanda  
an celebra  
tionem.

Oratio ce  
lebraturi.

Iohan. 6.

Tertio, ipsum sacrificium in se, quale & quā lib  
lime existat. Quarto, causam propter quam hec  
oblatio instituta est. Priusquam ergo ad celebra  
tionem accedis, discute conscientiam tuam: &  
quicquid in ea Christo displicens, seu charital  
contrarium inueneris, per internum dolorem, syn  
ceram confessionem, ac humilem satisfactionem,  
emenda & dilue. Considera quoque miseriam  
ac fragilitatem, insufficientiam, & ingratitude  
nem tuam, quatenus cum profunda humilitate,  
& reuerentiali timore accedat, dicq; in secreto  
deo tuo: Tu domine vniuersorum, in cuius con  
spectu omnis creatura tanquam nihilum est &  
inane, omnipotens, & misericors, ac memore  
deus, tu domine nosti imperfectum meum, & in  
quitates meas multas & magnas tu vides. Con  
fiteor domine & agnosco, quia nimis indignus  
sum, vt ego tam ingratus & negligens, tam vi  
lis & immundus, tam pauper & iniustus, altari  
tuo assistam, & te regem gloriæ, vniuersi dei,  
æterno patri offeram, et te contrectem atq; mi  
ducem. Sed o Christe, tu qui te a nobis sumi vel  
sisti, qui mihi ordinem contulisti, et eius a me ob  
sequium exigis, da propter hanc tuam inextingu  
ibilem dignationem charitatem, et misericordiam  
mihi gratiam, vt te tam humiliter, tam timore  
te, tanque reuerenter, et affectuose tractem  
et sumam, sicut decet et tu requiris. Præterea in  
tuere maiestatem eius, cui sacrificium immola  
Quoties enim celebras, toties omnipotenti, æter  
noq; patri dilectum ac vnicum suum filium ob  
fers. Considera, quam magnum sit tale officium,  
et cum quanta puritate et reuerentia, quo timore  
et seruire, tam superexaltato deo astare et im  
molare.



molare oportet. Insuper vide hoc sacramentum in se, quam sanctum, & nobile, reuerendum, atque amandum existat. Continetur enim sub forma panis, ex vi consecrationis caro Christi, & sub speciebus vini, sanguis ipsius: utrobique tamen vere est totus Christi, deus & homo. Itaque quum dissimilia nolunt vniri (similitudo enim facit vnionem bonam esse atque decentem. Dissimilitudo autem, facit eam nociuam, ipsamque corrumpit: vt si aquam igni commisceas) perscrutare diligenter antequam Christum accipias, si te ei conformem & assimilatum inuenias: alioquin vnio tui cum eo innaturalis erit, nociua, nec permanens. Denique ipse quem tractas & sumis, sanctus & purus est, mitis & humilis, a morosus & innocens. Nisi itaque te quoque talem inuenias, vel actu, aut certe in affectu, atque secundum aliquem gradum: utpote, vel in gradu incipientium, uel perfectorum, vel medio modo se habentium ac proficientium: non utique accedere expedit. Veruntamen quum sit hoc sacramentum medicina peccati, & remedium eius: si nondum a passionibus atque peccatis emundatus sis, doleres tamen de eis, & emendationem omnino proponis: tunc communio & celebratio plurimum expedit, & ad illicitos passionum motus frangendos maxime confert, & deuotionem ac charitatem praecipue alit & auget. Porro causa institutionis sacramenti istius, est commemoratio charitatis passionisque Christi, & ceterorum quoque beneficiorum eius: ut videlicet toties eius accendamus amore, quoties pignus ac memoriale dilectionis suae accipimus. Sunt autem & aliae multae causae, utpote subsidium militantis ecclesiae

Contra  
sub spec  
eb. panis  
& vini.

Leuit. 10.  
Matth. 23.

Ca insti  
tutiois sa  
cramenti  
altaris



tis ecclesie, salus viuorum, requies defunctorum  
& quotidianorum quoque medela defectuum.  
Qui itaque pro his deum digne exorare in missa  
cupit, eget vtique, vt se dei idoneum atque syn-  
cerum ministrum exhibeat. His igitur pensatis,  
cum reuerentia & timore, atq; affectu acceden-  
dum est: & requiritur in ipso officio actualis de-  
uotio, quam is raro habebit, qui missa peracta  
se cito effundit, & ad vana conuertit. Necesse est  
enim, vt qui digne celebrare desiderat, post Mis-  
sam studeat deo de donis suis gratus esse, memor  
& custoditus: & ante Missæ exordium, se (vt di-  
ctum est) præparet, atque in oī sua conuersatione  
solicitus sit: & ea de quibus confitetur, quamuis  
parua appareāt, postea pro posse caueat, ac ma-  
gis custoditus sit. Et reuera dum post confes-  
sionem incauti, negligentes, & leues manemus, vt

**Actualis  
deuotio  
requiritur  
celebrare**

☞ consuetudine nos esse confessos. Ideoque nil pro-  
sus proficimus, sed in deuoti, rudes, & crudi ma-  
nemus. Denique horæ ipsæ canonicæ, ac laudes  
cæ horæ, diuinæ, non improuisa, uagæque mente inchoant  
quæ soluedæ sunt: sed ante earum inceptionem dirigendus  
dæ est spiritus ad creatorem suum, & deuorum ali-

**Canoni-  
cæ horæ,  
quæ soluē  
dæ** quid cordi infundendum est: & post earum exple-  
tionem, non mox effundenda, sed custodienda est  
anima. Vnde si semper actualiter intenti esse ad  
omnia sacra verba nequimus, saltem cum ser-  
uore ac attentione inchoemus: quatenus sic vir-

**Phūs,** tus principij remaneat in sequentibus, & a pri-  
mordiali attentione totum opus sortiatur virtu-  
tem. Alioquin modicus error in principio, ma-  
gnus erit in fine,



De solido cibo perfectorum.

Art. XVIII.



**S**T in Christiana doctrina lactea esca, qua illi qui nondum exercitatos habent sensus, alendi sunt: qui in terrena & spiritualia necdum gustauerunt, neque perfectorum sermonum capaces facti sunt. Hi quippe quum paruuli adhuc ac teneri in Christo sint, circa exterioris hominis cultum, passionumque reformationem egent institui, atque a manifestis malis cōpesci. Porro perfectorum est solidus cibus, quē admodum ait Apl's, Sapiētiā loquimur inter perfectos. Hic autem solidus cibus, sermo est mentalis puritatis, ac intimæ perfectionis: consistens in hoc, vt mens ipsa, vni vero summo bono, quod solum necessarium est, sincere atque stabiliter infigatur atque adhæreat. Quoniam ergo iam in hac ædificatione de his quæ ad hanc perfectionem, ac solidum cibum disponunt, breuiter dictum est: nunc de ea, quid ipsa sit paulisper disserendum. Est autem diuinæ veritatis, seu summa deitatis munda speculatio, & bonitatis diuina, feruens dilectio. Enimvero ad hanc speculationem & dilectionem, omnis cognitio & amor creaturarum omnium ordinanda sunt, ad quam tamen contemplatio humanitatis, passionisque Christi, & eorum quæ ad eam pertinent, & ipsorum dilectio potissime erigunt, atq; coadiuuāt. Deniq; quo diuinitas ipsa, oī creatura melior est atq; pstantior: eo ipsius contēplatio dignior est, tōe amor et amor desiderabilior. Sed & cū amor procedat ex cognitione, & ex vtroq; deuotio, quē admodū diuinitas optima ē atq; dulciss, sic eius cōspicaturit.

Hebrco. 5.

i. Corint. 2

Luc. 10. 42

Quid vta sit sapia

Ex cogni

tōe amor

ex utroq;

deuotio

c ij culatio



culatio syncera maximaque, quantum in se est, deuotionem causat in mente. Sed necesse est animam per ethicam seu moralem scientiam esse dispositam, & per veram atque internam pacem fore aptatam. Pax ista est tranquillitas ordinis, seu quies a perturbatione: dum scilicet in nobis caro obedit spiritui, & sensualitas rationi, passionibus mitigatis, & appetitui rationali subiectis. Vñ a perturbatione prorsus cauere oportet, & ad tranquillitatem, & mansuetudinem animam semper inducere. Itaq; vt ex visibilibus creaturis, ad inuisibilis creatoris contemplationem queas assurgere, considera ordinem rerum,

**Phūs,** Est nempe in entibus ordo, & species rerum se habent vt numeri: et ad inuicem ordinatissime concatenatæ sunt. In ordine autem necesse est vnum esse primum, & vnum vltimum. Est igitur in vniuersitate vnum primum ens. Hoc autem

**Primum ens** primum ens necesse est esse incausatū, ac independens. Si enim causatum est, habet causam ante se: & sic non erit primum. Quumque hoc ens sit a nullo dependens, est ens per essentiam, & est a se, seu per se ipsum: ergo est æternum, nunquam enim desinet, quia nec incepit. Ad hæc in oī ordine, primam est in illo ordine perfectum: sicut primū calidū est perfecte calidū. Primū igitur ens est pfectum. Nam cū sit primum, & per essentiam non potest in eo natura entis esse minorata a plenitudine suæ perfectionis. Nihil enim impeditum est, nisi prout est distans a fonte suæ perfectionis. Ideoque quod est sibi ipsi ratio existendi, ha-

**Perfecti-ones diuinae,** bet esse omnino perfectum. Deus igitur est ens, in quo est omnis nobilitas, omnisque perfectio, & plenitudo ipsius esse. In diuino ergo esse, est vniuersa



ta, sapientia, felicitas, omnipotentia, sanctitas: & quicquid ad ornatum atque decorem ipsius esse pertinet. Præterea quod perfectum est & primum, necesse est esse simplex. Si enim compositum est, indiget his ex quibus componitur: & habet componentia sua ante se, neque est in seipso substantialiter perfectum, sed per additionem unius ad aliud: & unumquodque componentium indigeret alio. Primum ergo ens, quum sit perfectum, est simplex. Non ergo diversificantur in eo esse, posse, & agere: in deo itaque unum idemque existunt, essentia, potentia, & actio.

Est quoque deo idem, & potentem ac sapientem seu felicem & sanctum esse. Omnia enim hæc non sunt in ipso, nisi pura, perfecta que unitas.

Porro quod perfectum est, simplex est: materiam non habet. Materiam enim est recipere & pati, atque moveri: & ipsa est contingentiam radix, ac imperfectionis origo. Deus ergo materia caret, quod autem sine materia est, dimensionem non habet: quantitas enim sequitur materiam, deus ergo corpoream magnitudinem non habet. Ideoque indivisibilis est, & incorporeus, insensibilis: omnique materiali atque sensibili qualitate carens.

Insuper omni quoque passiva potentia caret: quum sit actus purus, id est, natura nullam potens perfectionem sortiri ab alio: & ob id immobilis & incommutabilis est. Quod autem simpliciter perfectum est, necesse est & infinitum esse. Si enim perfectio eius finem haberet, non utique esset omnino perfectum. Quod vero infinitum est, incomprehensibile est: & quod incomprehensibile est, id ineffabile esse constat. Deus

c iij itaq;

In deo idem sunt essentia, potentia & actio.

Deus omnino insensibilis qualitate caret.



D. DIONY. CARTHV.

1. Paral. 16  
Danielis. 3  
Roman. 4

itaque immensus est, incomprehensibilis, & ineffabilis. Talis ergo est amatissime frater deus noster, ad quem tendimus qui est in æternum sublimis & benedictus.

Amen.

FINIS